44

ecclesiastica censura[a] deposuit, ac Conradum, Ottonis Noricorum palatini comitis germanum, prefate sedi[b] intromisit. // Eodem anno Petrus) — transfretaturus.
(Convenerunt

Anno Domini M°CLXIII°. Imperator ad Italiam revertitur, et circa purificationem[c] (sancte) Marie principum frequentia apud Herbipolim excipitur, ac post paschalem solemnitatem Maguntiam cum magno terrore ingressus, curiam suam ibidem habuit, civibusque in timore [per[c]] diversa fugatis, murum in circuitu omnesque munitiones civitatis funditus destrui precepit. Eodem anno nimia aquarum inundatio Kalend. Septembris facta est adeo, ut plurime edificia cum habitatoribus ac jumentis aquarum impetu absorberentur. Eodem anno Erffordia per Conradum archiepiscopum Maguntinum et cives novo muro circumdatur. Anno Domini M°CLXIIII°. Murus Erffordensis a Ludwico secundo Lantgravio funditus destruitur. Anno Domini M°CLXVI°. Conradus archiepiscopus Maguntinus a Frederico imperatore deponitur, pro quo, per biennium ecclesia[d] vacante, Christianus in Franckfordt primo electus, reponitur. Anno Domini M°CLXVII°. Paschalis papa obiit; pro quo Johannes, qui et Calixtus, Albanensis episcopus ab imperatore constituitur. //

a) censatur c.
b) sede c.
(incipit in E)
c) om. c.
a Deo
magūti
// f. 111.
d) ēcca c.
(incipit in E)